

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

Sánchez, Francisco

Schoppe, Caspar

Perizonius, Jacobus

Franequera, 1687

De hyperbato & ejus partibus

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

præterea divitiæ, decus, gloria, in oculis sita sunt. Lucrēt. lib. I. Ductores Danaum delecti prima virorum. Cic. I. Divin. Annus salubris, & pestilens contraria, supple negotia, id est, res contrariæ.

Dé Hyperbato, & ejus partibus.

Hyperbasis, sive hyperbaton, est verbi transgressio, & ordo perturbatus, præter grammatices rationem.

Anastrophe, est dictionum præposterus ordo; ut, *mecum, tecum, secum*; quibus de rebus; * *intereſt mea*; *adigere arbitrum*, pro, *agere ad arbitrum*. Cic. in Topicis.

Timesis, id est, sectio, quando composita, vel conjuncta dictio dividitur; ut, *Septemque triones*; *maximo te orabat opere*. Horat. *Quo me cunque rapit tempeſtas, deseror hospes*. Virgilius; *Nascere, præque diem veniens age Lucifer alnum*.

Parentheſis, est sensus sermoni, antequam absolvatur, interjectus. Virgil. *Tityre, dum redeo, (brevis est via) pascere capellas*.

Synchysis, est ordo dictionum confusor; ut, *Quinquaginta, ubi erant centum, inde occidit Achilles*; ordo est, ubi erant centum, inde occidit quinquaginta. † *Multus in hac figura est Horatius*,

Saturnino ius sacro sancta dignitatis auxiliata est. Dele omnino *to Est*, & intellige *sunt*.

* *Intereſt mea, adigere arbutum*] In his non tam *Anastrophe*, quam *Ellipsis*, per quam repeti debet præpositio, quæ Verbo est conjuncta.

† *Multus in hac figura*] In Horatianis his locis, quæ adferuntur ex Porphyrione, non omnino opus patem ad *Synchysin* confugere. Certe ea manifestior longe est in

reliquis plerisque. Sed & apud alios Auctores videas saepenumero ordinem vocabulorum confusorem, & separata, quæ conjungenda erant. Ex Terentio nunc quidem adferemus nonnulla, ut inde alia ejusdem loca paulo intricatiora explicemus, & sic usum talium observationum ostendamus. Andr. I. 1. 54. *Qui tum illam amabant, forte filium Perduxere illic secum, ut una esset, MEUM. II. 3. 2. Si id succentat nunc, quia non dat tibi uxorem Chremes, Ipsus sibi esse injurius videatur neque id injuria; Prinsquam tuum, ut sese habeat, animam, ad nuptias, perspexerit.* Duplex hic Synchysis. Altera in eo consistit, quod postremus hic versus non subjungitur primo, quem ut statim subsequeretur, constructionis ordo postulat. Ordo enim est, si ob id, quod Chremes non dat tibi uxorem, tibi nunc succentat pater, prinsquam &c. Altera est, quod *ad nuptias* separatur ab *is*, ut *sese habeat*, interjectum aliis. Phorm. III. 2. 27. *Nequeo exorare, ut me maneat, Et cum illo ut mutet fidem, Triduum hoc.* Phædræ amicam Leno venderat Militi, qui eam sequenti die erat abducturus. Rogat itaque Phædras lenonem, ut militi non servaret fidem, & se opperiretur per triduum, seu differret venditionem mulieris in triduum, intra quod tempus pecuniam se daturum pollicebatur. *Triduum hoc* respicere illa, à quibus distractum est, ut *maneat me*, clarum ex v. 4. ubi Phædras obsecrans interrogat ipsum lenonem, *Nequeo te exorare, ut maneat triduum hoc?* Ex his jam explicari velim ultima prologi Andriæ, in quibus adhæresere Interpretes, *Favete, adeste equo animo, Et rem cognoscite. Ut pernoscatis, equid sibi sit reliquam, Posthac quas faciet de integro comædias; Spectandæ, an exigendæ sint vobis prius.* Turbat hæc interpretes *ad prius*, & idcirco nonnulli in ultimo versu exponunt *ad Spectandæ*, alii *ad Exigendæ* per *Probandæ*, *Examinandæ*. Ego vero non dubito, utrumque hic sumi eo sensu, quo solet, quando agitur de fabulis, & ut vult etiam hoc in loco Poeta, sensu sibi maxime contrario. Spectabatur per silentium comædia, quæ placebat; Exigebatur & explodebatur, quæ displicebat. Per Synchysin autem distractum est *ad Prius*, interpositis nonnullis aliis, ut in superioribus locis etiam factum vidimus, à *ad pernoscatis* quo erat referendum. Sensus itaque est, *Adeste; ut pernoscatis ex hac comædia, prinsquam reliquæ à Poëta componentur, equid sperandum sit vobis de illis reliquis, quas posthac Poëta de integro faciet, utrum ear, quum proferentur in scenam, sint vobis spectandæ, an vero statim exigendæ.*
Po.

Populus comœdias, antequam agerentur, non probabat aut examinabat prius, quod sequitur ex vulgata distinctione, & interpretatione, sed alii. Similiter exponendum nullus dubiro locum Heaut. I. 2. 11. *Quam vellem Menedemum invitatum, ut notissem esset hodie amplius, ut hanc lætiti- am primus ei obijcerem domi, Atque etiam nunc tempus est.* Buchnerus in Thesuro Fabri priora hujus loci adferens in voce *Amplius*, exponit eam ipsam *Lantius*, & magis *ocipare*, quam *domi solet*. Secundum hanc ergo expositionem simpliciter diceret Chremes, *Quam vellem Menedemum invitatum*, quasi antea invitatus plane non fuisset; Atqui invitatus jam antea fuerat à Chremete I. 3. 110. Nunc si *commodum est, hodie apud me sit volo, &c.* Præterea non nova hæc esse poterat ratio Chremeti, ut secum lantius ederet Menedemus, quam domi so- leret, quare nunc denno veller Menedemum invitatum. Nam cum eum antea jam invitavit, debuit id sane ea de causa fecisse, cum hæc pene communis & inter tales certe præcipua sit omni tempore invitandi causa. Nunc autem nova aliqua requirebatur, quæ antea non fuisset, quæque nunc erat, & quidem, ut hanc lætitiã reversi filii Menedemo primus obijceret. Quid ergo? Accipe hunc locum, ut dicat Chremes, se velle Menedemum Amplius fuisse invi- tatum, quam erat factum: Nam cum ille recusasset venire, destitit Chremes ulteriore invitatione. Proinde additur *Atque etiam nunc tempus est*, non simpliciter invitandi, quod jam factum erat, sed denno & amplius. Porro ut *nobiscum esset hodie*, intellige eodem modo, quo illa, *hodie apud me sit volo*. Similiter apud Græcos. Ael. Var. Hist. l. 15. *ὁ ἄρην ἐμπύει τοῖς νεοῖσι ἀπελευ- θρωγὰν αὐτῶν τὸν Θεόγον, ἵνα μὴ βασκανθῶσι, δι' ἃρα τῆτο.* Varie sollicitant & emendare aggrediuntur hunc locum Interpretes, ut in notis videre est. Sed nihil omnino mutandum; Decepit eos quod non animadver- terunt, referenda posteriora ad τὸ ἀπελευθῶναι. Scilicet Masculus inspicit columbis, abigens per illud ipsum ab i's invidiam, &c. Durior adhuc synchysis cap. 24. *ἢν ἐν οἷα ἱκὸς πόλιμι ὁ τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Λιπρίας ἐκ τῆς τοιαύτης συμβαλῆς.* Construe οἷα ἱκὸς ἐκ τῆς τοιαύτης συμβαλῆς. Sic in Actis V. 18 39. *ἀπέστη δὲ τῶν ἀνθρώπων τῆτων, ἔἴσατε αὐτῶς, οἷα ἰδὸν ἢ εἰ ἀνθρώπων ἢ βελῆ αὐτῆ, ἢ τὸ ἔργον τῆτο καταλυ- θῆσεται, εἰ δὲ ἐκ θεῶ ἐσιν, εἰδύνασθε καταλυταί, αὐτῶ, μὴ ποτε ἔθρομαχοῖ ἐυρεθῆτε.* Refer hic τὸ μὴ ποτε cum Pricæo ad εἴσατε αὐτῶς.

Quartus

De Figuris. 549

tius, ut in Arte; Qui variare cupit rem prodigialiter unam, Delphinum silvis appingit; id est, Delphinum silvis appingit prodigialiter: ibidem; Chorusque turpiter obticuit sublato jure nocendi ordo est, & chorus obticuit, sublato jure nocendi turpiter. Hæc ex Porphyrione: id em Horatius; Et male latus in pede calceus hæret, pro, malè hæret: idem in Odis; Inultus ut flebo puer! idem i. Sermon. Ubi sedulus hospes penè macros arsit dum turdos versat in igne: idem; Sæpè velut qui curreat fugiens hostem, id est, curreat velut fugiens hostem: & Satyr. I. At hunc liberta securi divisit medium fortissima Tyndaridarum; ordo, liberta fortissima divisit hunc medium securi Tyndaridarum: quem locum ego nostris temporibus ex Sophoclis Electra primus animadverti: & Satyr. 4. Ac veluti te Judei, cogemus in hanc concedere turbam, id est, cogemus te, veluti Judæi, subaudi, cogunt.

* Anacoluthon, id est, inconsequens, proxime

M m me

* Anacoluthon] Sic Plant. Pœn III. 3. 46. Tu, si te Dii curant, agere tuam rem occasio est. Rud. II. 7. 14. Ille qui confute, docte, atque astute cor et, diutine tui bene licet partem bene. V. 2. 4. Illic sceleratus liber est, ego qui in miri prehendendi rete a que excepi vidulam, dore ei negatu quicquam. Cic. de Offic. III. 26. Utile videbatur Ulyssi, ut quidem Tragicis prodiderunt, nam apud Homerum nulla talis de Ulyse suspicio est, sed insimulant eum Trojanis, simulatione insimulant militiam subterfugere voluisse. Abertavit hic Cicero manifeste ab ea elocutione, quam ceperat, nec enim eadem constructione persequitur exponere, quid utile fuerit Ulyssi. Sall. Jug. cap. I. Sin animus captus pravus cupidinibus ad voluptates corporis pressandatus est, pernicioso libidinis paulisper usus, ubi per securiam vires, tempus, ingenium diffluxere, nature infirmitas accusatur. In his quoque non videntur respondere primis postrema. Frequentissime similia occurrunt apud Græcos, quæ ne longior sim, afferre nunc superledeo.

mè accedit ad Solœcismum; sed magis Rhetorum est. Terent. Eunuch. Cur ego in his te conspicio regionibus? *Th. vobis fretus.* Cicero pro Mur. Prætor interea, ne pulchrum se, ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est. Terentius Hecyr. Nam omnes nos, quibus est alicunde aliquis obiectus labor, omne quod est interea, tempus, priusquam id rescitum est, lucro est. Donatus hic aliquid deesse affirmat; * mihi videtur deesse *verba*, id est, circa.

De Hellenismo, sive Antiptosi.

Hellenismum, sive Græcam constructionem nominamus, quoties auctores sic græcissant, ut latina norma defendi nequeant. Hellenismum in infinita genera deducit Linæcer; nos tantum *Antiptosin* persequemur, quum hæc sola latinos canones excedere videatur.

Antiptosi Grammaticorum nihil imperitius, quum doceant, quemvis casum pro alio posse poni; ut, *venit in mentem illius diei*, pro, ille dies. Quod figmentum si esset verum, magna nos

* *Mihi videtur deesse verba*] Non absurde. Sic forte Plaut. Bacchid II. 2. 36. Etiam Epidicum, quum ego fabulam æque ac me ipsum amo, Nullam æque in vitium specto, si agit Peltis. Expone etiam Epidicum, immo nullam æque in vitium. Vel etiam, quod ad *verba*, Epidicum ipsam, nullam &c. Rud. IV. 3. 23. Vidulum istum, cuius ille est, novi hominem. Manifeste pro, quod ad vidulum istum. Men. II. 2. 37. Nummum istum, quem mihi dudum pollicitus dare, jubeas porculum afferi tibi. Sensus est, vel, quod ad nummum istum, quem &c. jubeas eo porculum &c. Vel Nummo isto, quem istum nummum mihi pollicitus, jubeas tibi afferi porculum. Vide & supra Notas ad pag. 130. & 145.